



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata Heinrychi Bullingeri lib. IIII

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

Quid sit dormire in scripturis

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

peries in uerbo dei. Consequitur ergo Abraham sinum non dormitorium esse, sed uitam iam eternam. Quod ex cap. 16. Lucae comprobabimus. Nam illic scribitur Lazarum frui solatio, quum interim diues apud inferos cruciatur. Quod si anima (ut uos perhibetis) dormiret, nullum haberet gaudium, nisi per insomina uanis quibusdam gaudijs frueretur. Si gaudet anima, impossibile est quod dormiat. Sic Matth. s. satis clare habetur, multos esse uenturos qui sint accubituri in regno dei cum Abraham Isaac & Iacob: ut interim

taceam somnum naturæ animæ (quæ ἐντελέχεια per factio ἐν ἐργασίᾳ vis ex se mouens, agitatio. Cicero con- innatum quanda peronne motiōm interpretat. Simo- nis q̄ ἐντελέχεια scribi uolunt, sed p. 7. scriptum pler- q̄ lib. probatur. Ad quo- bus. in Abs. quidam dicunt quasi ἐντελέχεια βίωσι λεω x̄ per factio cor, peris comprehen- sionem. Videri phil. nel. in 1. lib. sig. de anima, ubi Cicero defendit in interpretatio id.) omnino aduersari. SIMON.

Clariora sunt hæc & firmiora quàm putaram.

IOIADA. Imprudentis est dicere: Non putaram, & audita altera parte tantum pronunciare sententiam. Adornant sua satis pulchre catabaptistæ, sed parum firma sunt. SIMON. Vellem audire

in qua significatione scriptura uteretur uerbo dormiendi, quod tam frequenter ubiq; occurrit. IOIADA.

Dormire ueteribus mori est, sed propter corporis resurrectionem dormire dicuntur qui diem obcunt extremum. Quemadmodum enim is qui se ad tempus somno dat se non dubitans experrecturum: sic corpus dormit, hoc est, moritur et cubat in sepulchro conditum et seruatum ad diem resurrectionis. Sic dormierunt patres, sic Stephanus & omnes pij. Quan-

do quidem ergo dormire mori est, et animæ mori non possunt, dormire haudquaquam possunt. Nam Stephanus dixit: Domine, suscipe spiritum meum: hoc dicto obdormiens, commendata anima patri, moritur corpus. In hoc ergo falluntur illi, quod animæ tribuunt quæ corporis sunt. Interim toti homini attribuitur, propter unionem animæ & corporis in una eademq; persona. Quod exemplum supra de Christo quoq; adductū est. Dicitur enim Christus mortuus esse, quam tantum corpus in Christo mortuum sit, non diuinitas, non anima. Sic obdormit homo, sed corpore non anima. Hanc synecdocham (ut cæteros tropos) non intelligunt (aut non intelligere uolunt) catabaptistæ, & hac de causa in multis errant. Sed ignorantia reddi eos audaciores, ut doceant quidquid uel somno concipiunt. SIMON. Adhuc tamen ratum est quod Paulus sibi coronam iustitiæ tunc tandem repudi ait, quū uenerit dominus. Rata item sunt quæ sunt apud Ioannem & Paulum ad Philip. IOIADA.

Hoc obseruandum Simon, diem domini in scripturis non semper pro ultimo illo die capi, sed aliquando pro ueritate & luce, ut in euangelio Ioannis. Aliquando pro uisitatione domini, ut sepe in prophetis & 1. Cor. 3. Aliquando pro cuiusq; fine aut morte, ut Ioannis 6. Resuscitabo eum in nouissimo die, hoc est, seruabo eum in uita æterna in nouissimo die, id est, dum